



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

§.VIII. Die Kayserlichen fertigen ein neues Project in puncto Autonomiæ & Justitiæ; derselben Declaration wegen Bestellung des Reichs-Hoff-Raths, und wie es in casu paritatis Votorum zu halten sey.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647. im Project vorgestrichen, theils verglichen, oder nicht placitirt sey; als suspendire 1647.
 April. er sein Votum so lang, bis publico nomine die Gewißheit erlanget werde. April.

Anhalt (per Weymar): Wie Altenburg und gleichstimmende; allein müste er noch erinnern, daß die Herren Kayserlichen den Tractat darum differiret, und nicht eher fortfahren wolten, bis sie vorhero der Chur-Fürsten und Stände Gutachten, in dieser Sachen vernommen, welches sich auch die Herren Schwedischen Plenipotentiarien mit gefallen lassen.

Henneberg (per Altenburg): Er müste dieß Votum auch suspendiren, bis zuvor mit den Chur-Sächsischen daraus communiciret worden. Sonst wären diese Sachen darum von den Kayserlichen ad dictaturam kommen, daß daraus deliberiret werden solle, wann auch etwas darinnen bereits verhandelt, hätte es keiner Deliberation bedurfft, und er sein Votum solchen falls auch wohl zurück halten können.

Fränkische Grafen: Demnach ihm die Wetterauschen Grafen ihr Votum aufgetragen, und sich damit denen Majoribus zu conformiren begehret: als wolte er es hier also abgelegt haben. Sonst aber hätte er aus vorgehenden Votis, 3. unterschiedliche Meynungen vernommen: (1.) ob das vorgestrichene in den Schwedischen Projectis vor verglichen zu halten oder nicht? (2.) ob materialiter zu votiren? oder (3.) vorhero Nachricht zu erwarten, wie weit die Herren Kayserlichen und Herren Schwedischen in dieser Sachen kommen, und worinnen sie anstehen? Was nun das 1. und 2te betrifft, ruhe dasselbe auf erwartender Gewißheit, wegen des andern aber, ob materialiter zu deliberiren, stellte er dahin, doch sey er specialiter nicht instruiret, dann nur in genere, daß kein Stand, neque committendo neque omittendo, graviret werden möchte: welches sein Votum er aber auch, bis von den Herren Kayserlichen und Schwedischen denen Ständen apertur geschehen, suspendiret halten müste.

Oesterreichisches Directorium: pro Concluso; Es fallen allhier dreyerley Meynungen aus: (1) Es wären die Herren Kayserlichen zu ersuchen, die Herren Schwedischen Plenipotentiarien dahin zu vermögen, daß sie es bey den Kayserlichen Auffsz dießfalls bewenden lassen wolten. (2.) Denen Herren Kayserlichen mit einem Temperament an Hand zu gehen, derowegen, man daßelbe aus dem Protocoll ziehen solle. (3.) per Majora, daß man erst Nachricht erwarten solle, wie weit die Herren Kayserlichen und Schwedischen in dieser Handlung kommen, so lange auch ihre Vota suspendiret würden.

Die bey fleißiger Conferirung befundene Gleichstimmigkeit in substantialibus vorstehender dieser XXXIX. Session bezeugen hiermit:

Samuel Ebart.

Eusebius Jäger.

§. VIII.

Es lieffen aber an eben selbigem Tag, Kayserliches neues Project in puncto Autonomie & Justitie. nemlich am 30ten April, die Kayserlichen Plenipotentiarii um 4. Uhr die Sächsischen und Braunschweigischen Gesandten zu sicherfordern, und stellten ihnen vor: „Die Tractaten in puncto „Gravaminum hassieten noch fürnehmlich „an 3. Puncten: (1) An der Autonomia, (2) an der Religions-Freyheit „in den Erb-Landen, und (3) an dem „puncto Justitie, worinnen die Schweden gar nicht weichen wolten; hingegen „kömten Sie, Kayserliche Gesandten, „krafft habender Instruction in solchen „Puncten nichts weiter nachgeben. Man „wolle die Ecclesiastica vom Kayserlichen

1647.
April:

Deseben Declaration wegen Bestellung des Reichs-Hoff-Raths, & in casu paritatis Verordum.

„den Hoff ohne Ursach abziehen, weil der
 „Kaiser paritatem Judicantium ad-
 „mittiret hätte: Ihre Kayserliche Maje-
 „stät wären erbdthig, aus den Evange-
 „lischen und vermischten Reichs-Cransen
 „Reichs-Hoff-Rathe zu erwählen: und
 „wann die Vota im Reichs-Hoff-Rath
 „gleich fallen und paria seyn würden, wol-
 „ten Ihre Kayserliche Majestät dannoch
 „nicht selbst arbitrieren, sondern es solle die
 „Sache entweder gültlich verglichen, oder
 „auf Reichs-Tage remittiret werden;
 „Man würde Ihre Kayserliche Majestät
 „ja vor kein Idolum halten, weil auch die
 „paritas Judicantium am Cammer-Ge-
 „richt admittiret; so möchten vielleicht
 „die Catholischen paritatem Alleslo-
 „rum auch sonderlich difficultiren: Man
 „könnte aber dieses und den modum præ-
 „sentandi auf Reichs-Tage verweisen.
 „Wann diese 3. Puncten verglichen wä-
 „ren, so würde es in allen übrigen leicht-
 „lich hernacher gehen. Wobey die
 „Kayserliche Gesandten verlangten, die
 „Stände möchten doch, zu schleuniger Erle-

digung dieser Puncten, das ihrige mit bey-
 tragen, indem sie ein vor allemahl daru-
 nen nicht weiter gehen könnten, als wie
 sie bishero gethan hätten, zu dem Ende sie
 ihre nochmahlige Meynung, sowohl über
 den Punctum *Autonomie* als *Fuhtia*, ver-
 fasset hätten, welche sie denen erschienenen
 Gesandten zugleich einhieferten, um dar-
 aus mit den übrigen Ständen zu com-
 municiren.

Die beyden Aufsätze sind allhier sub
 N. I. & II. zu lesen: und ist zu bemere-
 cken, daß die beygefügte Buchstaben die-
 jenigen Stellen andeuten, welche bey der
 nachgehends darüber gehaltenen Confe-
 rentia Evangelicorum, in solchem Auf-
 satz zu ändern, verlangt worden. Und
 ist ab der Anlage sub N. III. zu ersehen, in
 welchen Puncten zwischen dem Kayserli-
 chen und der Evangelicorum Aufsatz
 sich Differentien geäußert haben, welche
 der Sachsen-Altenburgische Gesandte von
 Thunshirn sogleich bemercket hatte.

1647.
April.

N. I.

Præsent. a Dominis Cesareanis d. 30. April.
 Et Dictat. Oßnabrück den 1. May 1647.

Der Kayserlichen Gesandten Aufsatz de *Autonomia per*
Imperium.

§. 12. ARTIC. V.

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vafallos, Civitates
 Fundationes, Monasteria, Commendas, Communicates & Subditos Stati-
 bus Imperii Immediatis, sive Ecclesiasticis sive Secularibus, vel pure & simpli-
 citer, vel certis conditionibus & Privilegiis subjectos pertinet, cum ejus-
 modi Statibus Immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi
 per totum Imperium hæctenus usitata praxi etiam Jus Reformandi Religio-
 nem competat, atque in hac ipsa Conventione vigore præcedentium Artic-
 ulorum stabilitum sit, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum subditis si à
 Religione sui superioris dissentiant, Beneficium Emigrandi concessum, in super
 majoris concordia inter Status conservanda causa cautum fuerit, quod ne-
 mo alienos subditos ad suam Religionem pertrahere, allicere, eave causa in
 defensionem aut protectionem suscipere illisve ulla ratione patrociniari de-
 beat, conventum est, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Stati-
 bus observari, nullique Statui Immediato jus, quod ipsi ratione Territorii
 & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere. Inte-
 reatamen Statuum Immediatorum Catholicorum Landsassii, Vafalli, & sub-
 diti cujuscuque generis, qui Anno Domini 1624. quacunque anni parte,
 nullo quidem certo pacto, sed sola conniventia usum & Exercitium Augusta-
 nae Confessionis publicum privatumve habuerunt, retineant id etiam impo-
 sterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exereuerunt, aut exerci-
 ta

Vierdter Theil.

Tit 2

ta

1647.
April.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

ta fuisse probare poterunt. Cujusmodi annexa habentur institutio Consistoriorum, Ministeriorum, tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, Jus Patronatus, & similia, nec minus, maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium, cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus, nec etiam a quocunque ulla ratione turbentur: turbati vero sine ulla exceptione in eum, quo Anno 1624. fuerant, statim, restituantur. Idemque observetur, ratione subditorum Catholicorum Augustanae Confessionis Statuum, ubi dicto Anno 1624. usum & Exercitium Catholicae Religionis publicum privatumve habuerunt.

1647.
April.

Quod si autem aliqua inter tales Immediatos Imperii Status eorumque Status Provinciales & Subditos supradictos antehac Pacta intercessissent, & Transactiones & Conventiones atque Concessiones, de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando inita & facta sunt, hujusmodi Pacta, Transactiones, Conventiones & Concessiones, quatenus observantiae dicti anni 1624. non adversantur, ratae ac firmatae manent, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat. Non attentis, sed annihilatis omnibus Anni 1624. observantiae, utpote quae instar regulae obtineat, contrariis latis Sententiis, Reversalibus, Pactis, quibuscunque Transactionibus.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

Illi vero Catholicorum subditi Augustanae Confessionis addicti, ut & Catholici Augustanae Confessionis Statuum subditi, qui Anno 1624. nec publicum nec privatum Religionis suae Exercitium obtinuerunt, quotquot eorum tempore publicatae praesentis Pacificationis in unius vel alterius Religionis Statuum Immediatorum ditionibus habitare deprehendantur, quibus etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium alio commigrarunt, & facta Pace in patriam redire volunt, Religionis causa solum vertere, bona vendere & emigrare nullatenus cogantur, sed patienter tolerantur, nec etiam prohibeantur, Religionis suae Exercitium alibi extra territorium suorum superiorum frequentare; dummodo ejusmodi Landsassii, Vasalli & subditi in ceteris officium suum cum debita erga suos superiores reverentia adimpleant, nullisqueurbationibus animum praebant.

S.

T.

Sive autem Catholici sive Augustanae Confessionis fuerint subditi, nulli ob Religionem despiciantur habeantur, nec a mercatorum ac tribuum communione, hereditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, Eleemosynis, aliisque juribus & commerciis, multo minus publicis caemeteriis, honoreque sepulturae arceantur, nec etiam quicquam pro exhibitione funeris a superstitionibus exigatur, praeter cujusque parochialis Ecclesiae Jura, pro demortuis pendenda solita. Sed in his & similibus pari cum Concivibus Jure habeantur, aequali Justitia protectioneque tuti.

V.

Quod si sua sponte migrare subditus voluerit, aut suum vendere, liberum ei sit, aut retentis bonis aut alienatis discedere, retenta per Ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas redire.

W.

X.

Emigratio haec voluntaria, praetextu servitutis, aut alio nequiquam impediatur, aut migraturis Testimonia natiuitatis, ingenuitatis, manumissionis, noti officii, honestae vitae, denegentur, nec iidem Reversalibus inusitatis, aut decimationibus substantiae secum exportatae plus aequo extensis praegraventur.

III

1647.
April.

v.

Illi autem Statuum Immediatorum subditi, qui post Pacem publicatam deinceps futuro tempore diversam à suo superiore Religionem profiteri deprehenduntur, iussu quidem Magistratus Religionis causa termino quinquennali præfixo emigrare teneantur: quod si intra hoc spatium bona sua vendere, aut commoditatem domicilii transferendi invenire nequiverint, vel neglexerint: secundus & denique tertius terminus quinquennalis præfigatur, quo elapso, si etiamnum moras nectant, Jure suo in ipsos uti Magistratibus permissum esto. Hoc modo autem coacte emigrantibus idem beneficium competat, quod paulò ante iis, qui sua sponte emigrant, concessum est.

N. II.

*Præsentat. d. 30. April à Dominis Cæsarean. &
Dicitur. d. 1. May Anno 1647.*

Der Kayserlichen Gesandten Auffzag, de Justitia.

Actum præterea est, cum ob enatas ex præsentis bello mutationes consultum videatur Judicium Camerae Imperialis ad alium universis Imperii Statibus commodiorem locum transferre, etiam de modo præsentandi Judices & Assessores pares numero utriusque Religionis disponere, idque in præsentis Congressu ob Statuum paucitatem negotiisque gravitatem adeò facile expediri nequeat, ut his de rebus in proximis Comitibus per Imperatorem de consilio Electorum indicendis agatur & conveniatur, deliberationesque de Reformatione Justitiæ in nupero Deputatorum Imperii Conventu Francofurtensi habitæ effectum dentur; et si quæ in his desiderari videntur, suppleantur. Interea tamen Status de præsentandis maturè in locum demortuorum novis ad Iudicium Camerale Assessoribus admoneantur; Cæsareaque Majestas mandabit, ut non solum in isto Iudicio Cameraali Cause Ecclesiasticæ, ut & Politicæ inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Status, vel inter hos solos vertentes, adlectis ex utraque Religione pari numero Adfessoribus, discutiantur & judicentur, sed idem etiam in Iudicio Aulico observetur, huicque fini aliquot Augustanæ Confessionis doctos & rerum Imperii peritos viros ex iis Imperii Circulis, ubi vel sola Augustana vel simul etiam Catholica viget Religio, adficeat, eo quidem numero, ut eveniente casu paritas judicantium ex utraque Religione Assessorum observari possit, servatis quoad processum iisdem cum Ordinatione Camerae legibus, quantum quidem causarum illuc devolutarum natura patitur.

Siquæ vero dubia circa interpretationem Constitutionum, & Recessuum Imperii publicorum occurrunt, aut in dijudicandis causis Ecclesiasticis ex paritate Adfessorum utriusque Religionis contrariæ oriuntur Sententiæ, remittuntur ad Comitibus Imperii Universalibus, nisi interea amabili partium compositione finiantur, atque in Aulico non minus, quam in Cameraali Imperiali Iudicio Privilegium Primæ Instantiæ, Austregarum, Iura & Privilegia de non appellando Statibus Imperii illibata sunt, nec per Mandata aut Commissiones, aut quovis alio modo turbantur.

1647.
April.

N. III.

1647.
April.Dictat. d. 1. Martii
1647.

Der Evangelicorum Auffatz in puncto Autonomiæ, mit des von Thumshirn beigefügten Notis Marginalibus, worinnen solcher von dem Kayserlichen Auffatz differiret.

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vafallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii Immediatis, five Ecclesiasticis five Secularibus, vel purè vel simpliciter, vel certis conditionibus & privilegiis subiectos pertinet, (A.) qui Anno 1624. quacunq[ue] anni parte five (B.) certo Pacto & Privilegio, five longo usu, five solâ conniventia publicum Augustanæ Confessionis Exercitium vel etiam privatam habuerunt, retineant id etiam impostero, unâ cum annexis, quatenus illa dicto Anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt (C.) ut sunt Institutio Consistoriorum, Ministeriorum tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, jus Patronatus, (D.) aliaque jura, nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Fundationum, Monasteriorum, Hospitalium, cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus (E.) usque eò, donec de Religione Christiana plenè erit conventum, nec à quocunq[ue] ulâ (F.) viâ turbentur, turbati verò sine ulla exceptione (G.) in Politicis & Ecclesiasticis in eum statum restituantur (H.) plenariè, quo Anno 1624. fuerunt. Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto anno 1624. usum & Exercitium Catholicorum (I.) publicum habuerunt.

Quod si verò aliqua inter tales Immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & Subditos supra dictos antehac Pacta intercessissent, & Transactiones, Conventiones atque Concessionem de publico vel etiam privato Exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando initæ & factæ sunt, hujusmodi Pacta, Transactiones, Conventiones & Concessionem, quatenus observantia dicti Anni 1624. non adversantur, rata ac firmæ manent, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat. Non attentis sed annihilatis omnibus Anni 1624. observantia, utpote quæ instar Regulæ obrineat, contrariis latis Sententiis, Reversalibus, Pactis, quibuscunq[ue] Transactionibus, (K.) & quæ Episcopus Hildesensis & Duce Brunsvicenses & Luneburgenses de Religione Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesensis nonnullis Pactis Ao. 1643. transegerunt. De Duderstadio peculiariter conventum est, ut Civibus Augustanæ Confessionis unum Templorum concedatur & perpetuò maneat ad Religionem publicè in ea exercendam.

Illi vero Catholicorum Subditi Augustanæ Confessionis addicti, ut & Catholici (L.) Evangelicorum subditi, qui 1624. (M.) publicum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte obtinuerunt, (N.) quotquot eorum sese huic vel isti Religioni addictos intra bimestre post Pacem publicatam profitebuntur (eius professionis quivis Magistratus aut Notarius testimonium sufficiens in scriptis exhibere teneatur) Religionis causa solum vertere, bona vendare & emigrare nullatenus cogantur, sed (O.) conscientia liberâ domi suæ tuti precibus piisq[ue] hymnis & lectioni divinarum aliarumq[ue] scripturarum liberè vacent, neque ullo (P.) modo prohibeantur apud finitimos ubi & quoties voluerint publico Religionis exercitio interesse, (Q.) vel liberos suos
exteris

1647. ex teris Evangelicorum Scholis aut privatis domi Præceptoribus instruendos committere. (R.) 1647. Majus.

R. Addita.

Sive autem Catholici sive Evangelici fuerint Subditi, nullibi ob Religionem despiciantur, nec à mercatorum tribuumvè communione, hereditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, (S.) Præbendis, Eleemosynis, aliisque Juribus & Commerciis, multò minus publicis Cæmeteriis, honoreque sepulturæ arceantur, aut quidquam pro exhibitione (T.) cadaverum à superstitionibus exigatur, præter cujusque Parochialis Ecclesiæ jura, pro demortuis pendi solita: sed in his & similibus paricum concivibus jure habeantur, æquali Justitiâ protectioneque tuti.

S. Omissum.

T. Mutata.

V. Omissum.

W. Omissa.

X. Mutata.

Y. Partim

omissa, partim

mutata.

Quod si sua sponte migrare subditus voluerit, aut suum vendere, liberum ei sit, aut recentis bonis, aut alienatis discedere, retenta per ministros administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas (V.) liberè redire. Emigratio quoque hæc voluntaria, prætextu servitutis vel alio nequiquam impediatur, aut migraturis testimonia nativitatitatis, ingenuitatis, manumissionis, notioficii, honestæ vitæ denegentur. Nec iidem Reversalibus inusitatis, (W.) (aut clausulis vel Juramentis de non mutanda Religione) aut (X.) etiam decimationibus plus æquo extensis, prægraventur. (Y) Ast illis Catholicorum subditis, qui post præfatum bimestre spatium Augustanam Confessionem, atque Evangelicorum Subditis, qui elapso modò dicto termino Catholicam Religionem amplectuntur, aut quibus hereditatis, connubii, aliavè occasione & titulo bona obtingunt, ab eo tempore, quo unicuique (nec enim edictalis jussio sufficiat) à Magistratu, ut emigret tertiâ vice injungitur, quindecim anni concedantur, quibus currentibus vel bona vendat & aliò commigret, vel nolens vendere, quindecim annis præterlapsis, necesse quidem habeat in alias terras se conferre, liberum verò ipsi sit, bona per ministros Religionis in territorio unde abiit, publicè usitata administrare, & quoties ratio rei familiaris & teconomix exposcit, citra specialem licentiam ad ea commeari. Subditi præterea, quibus migratio, ut dictum est, necessaria, pendente quindecennio, eodem jure fruantur, quo cæteri, qui migrationis libero gaudent arbitrio.

§. IX.

Der Evangeli-
schen darüber
gehaltenen
Deliberation.

Den 3. Maji wurde dann über die vor-
herstehende beyde, von den Käyserlichen Ge-
sandten communicirte Aufsätze, in gan-
zen so lange Zeit debattirten punctum
To Autonomiæ & Justitiæ, unter den Ev-
angelicis consultiret, und darinnen an
ser des noch zur Zeit ausgestellten Puncti der
verschiedenen Orten, Aenderung vorzuneh-
men, nach Ausweis folgenden Protocolli, und
Richtigkeit zu bringen; Inmassen dar-
sub N. I. gut gefunden: in deren confor-
mität zwey andere Project, wie ab N. II.
und III. zu sehen, gefertigt, und selbige so-
gleich folgenden Tags, den 4. Maji, den
Schwedischen Legatis, durch die Ord-
nari-Deputatos, eingeleiffert, auch mit
ihnen durchgegangen, und dieselbe anbe-
ersucht wurden, dasjenige, so auf ferners
deswegen vorstehendes Versuchen, nicht
erheben sey, endlich dahin gestellt seyn
lassen, und also im Nahmen Gottes der-
zuwider, und contra privatam consen-
tia-

und gefertig-
tes Gegen-
Project.

Evangelici
übertragen
den Schwed-
den den völli-
ges Schluß in
puncto Reli-
gionis.